

NOTATIONES.

Sed hinc minime substitit Persecutio Religiosorum Monasterij huius, ipse enim Abbas, Lucas Gotzius Merstettensis, propè Minfingan, à Duce Ulrico, Stutgardiaë incarceratus, & quasi triginta millia aureorum, in diuersa loca abalienasset, questionibus subiectus fuit, *Crusius p. 2. lib. 10. c. 8. ad finem.* Post aliquandiu Monasterium Abbate caruit, vsque dum, finito Schmalkhaldico bello, religiosus cultus, in hoc, reductus, ibique Georgius Trippelmann, cognomento Pails Tubingensis, electus est: qui adhuc Anno 1555 ibi perdurauit; tandemq; constituto Victa itio, cessit. Vnde etiam *Crusius allegat. loc.* scribit; Philippum Degenum Vracensem Anno 1556. primum huius loci, sub Wirtenbergensi Duce Christophoro, Abbatem Lutheranum electum fuisse. Multæ etiam litteræ extant, prædicti Georgij Abbatis, ad Cancellariam Wirtenbergicam, directæ, & propria ipsius manu, subscriptæ, earumq; vltimæ, sunt de dato 9. Nouemb. Anno 1555.

Errata.

Fol. 166. pro mit getrewen. legend. nit zu trawen. Et in margin. Imperator hic emixissime cupit &c. Verba item. das wir wölen. sunt delenda.

F I N I S.



